



Charissimo in Christo filio nostro Philippo
Hispaniarum Regi Catholico.

ALEXANDER PP. VII.

Charissime in Christo fili nostro salutem, & Apostolicam benedictionem. Pro charitatis paterna debito sedulam profecto curam adhibuimus extinguendis seminibus scandalosarum, dissensionum, grauiumque turbarum, quas à nonnullis annis occasione nouarum alterationū de Beatissima Virginis Deiparae Conceptione rursus in Regnis Hispaniarum acriter excitatas esse, cùm è Maiestatis tuae, tum è plurimorum Episcoporum, & aliorum ab hac sancta Sede remedium exposcentium litteris intelleximus. Nam post inuocatā repetitis precibus Spiritus Sancti gratiam, sapè viros insigniter doctos, & Religiosos auditos, habitas plures, præsertim Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, Generalium Inquisitorum consultationes, de illorum consilio pariter, & assensu, Constitutionem edidimus, quam sanè (benedicente Domino) conscientiarum, & animorum quieti componenda salutarem pia deuotionis profectibus accommodam, atque singulari, & in hac quoque re præclarè spectata pietati tuae, magnopere gratam fore speramus. Cuncta porro distinctè magis ex venerabili Fratre Episcopo Placentino, pro hac agèd a causa Ora-tore ad Nostro, cuius egregia doctrina, & religionis, accensa studia, toto huius negotij pertractati tempore Nobis bene cognita, & valde probata sunt, tum ex Apostolico Nuntio nostro coram audies. Interim Nos Maiestatis tuae Deum usque propitium, & aspiratè ex omni corde precamur, & Apostolicam benedictionem amantissimè imperti-mur. Datum Roma apud Sanctam Mariam Maiorem sub annullo Piscatoris die x. Decembris M. DC. LXI. Pontificatus nostri anno septimo. F. Florentin.



Hibakushimura Regi Catholic

ALEXANDER PP. VII